

Kreis  
Steinfurt

S 88

1297 Dezember 1.

[5  
88

Graf Otto von Ravensberg bittet den Erzbischof von Magdeburg um die Befehnung seines Schwagers, des Edlen Boldewin, Herrn von Stenvorde, mit der Vogtei über Borchhorst.

[Venerabili patri domino] suo dilecto . . . archiepiscopo ecclesie Megedeburgensis Otto comes [de Ravensberch] . . . debite [fidelitatis constanti]am cum reverentia et honore. Advocaciam ecclesie in Borch[orst, quam a nobis vir nobilis Baldewinus de Stenvorde] sororius noster dilectus erga nos racionabiliter emit de consensu [et ratihabitione uxoris nostre Hadewigis et omn]ium heredum nostrorum, bonis tamen scitis (!) in dyocesi Monasteriensi, que dominus Her[mannus de Monasterio quondam a nobis tenuit] et nunc filii sui a nobis tenent in curia Volmerinchusen scita (!) [in dyocesi Mindensi ac curia Westhof] scita (!) in dyocesi Osnaburgensi exceptis, in manus vestras per presentes [libere ac voluntarie resignamus]. Cum autem collacio predictae advocacie ad vos de iure pertinere dinoscatur, [reverentiam et] dilectionem [vestram], qua confidimus, rogamus omni affectu et obsequio, quo possumus, quatinus eandem advocaciam in Borchhorst, dictis bonis tamen exceptis, prefato nobili viro domino de Stenvorde, videlicet domino Boldewino et suis legitimis heredibus, eo iure, quo ipsam a vestris predecessoribus tenuimus, liberaliter conferre dignemini cum effectu, in quo nobis utique gratam dilectionem exhibetis et amicitiam specialem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo in crastino beati Andree apostoli.

Orig. Siegel ab. Die Schrift ist in den beiden oberen Ecken erfolgt. Die im Text eingeklammerten Stellen konnten aus dem Drucke Meiser's IV. S. 329 und größtenteils aus dem sonst lückenhaften Druck in der Ztschr. Westphalia 1826 S. 133 Anm. ergänzt werden. II. Rep. A. 6. P. 1. Die Befehnung erfolgte 1298 Febr. 8. Vergl. I. Rep. S. 41, Nr. 7. Vergl. Coesfeld. Weiband S. 269\*.